



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De festiuitate sancte marie ad martyres. Cap[itulum]. clix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

perunt pater cum nepote. Post dies modicos dionysius in pace quieuit. Et patri omnia sua pauperibus erogauit. Deinde se persecutoribus vitroneus offerens christianum se esse dixit. Quem illi tantum Valeriano imperatori presentauerunt. Luncq; puerum. xiiij. annorum et filio quondam sibi amicissimi viri condoleret suadebat ei. vt dijs thura poneret: ne mala morte in tanta iuuentute periret. Ille vero contra sacrificare recusans se licet iuuenulum corpore: secum tamen animo esse dicebat: et deum Iouem patricidam et incestuosum comprobabat. Propter quod Augustus iussit eum via aurelia ducti: et ibidem decollari. Cuius corpus ceteruilla senatrix tulit: et in eodem loco cum aromatibus sepeliuit quarto idus maij. Supra cuius tumulum processu temporis a fidelibus ecclesia fabricata fuit. Ad eius quoq; sepulchrum: vt ait Gregorius tyronensis si quis falsum iurare voluerit anteq; ad cancellum chori perueniat: aut statim a demone captus insanit: aut cadens in pavimentum: protinus vitam perdit. Nunc autem dictum corpus Veneris in monasterio sancti zacharie quiescere ab eisdem locis oratoribus perhibetur.

De sancto Epiphanio episcopo. Cap. clviij.



**Epiphanius episcopus**

Epiphanius salamine: que ciuitas est in insula Cypriorum temporibus Honorij et Archadij imperatorum floruit: vt dicitur in hystoria tripartita. vir hic summe eruditus: et elemosynarum largitiuus exhibitor. Qui cum omnem substantiam sui episcopatus pauperibus erogaret: et nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecunijs iconomus ecclesie murmurabat. Subitoq; eidem vir astrit: saccumq; magnum multa plenum pecunia coram eo deposuit: nec tamen quis esset: aut vnde venisset explicauit: et repente discedens nusq; comparuit. Duo pauperes volentes beatum virum arte deludere: vt aliquid eis verius daret: ipso iter agente talem fictionem inuenierunt: vt vnus eorum se supinum in terra prostraret: alter vero ipsum quasi mortuum desceret: et q; se non habere vnde eum sepeliret prederet: sicq; Epiphanio necessaria pro exequijs postularet. Cum autem sanctus appropinquasset: et ille lachrymabiliter ab eo subsidium pro tumulando socio petiisset: episcopus illum super morte comitis benignus consolatur et necessaria pro sepultura largitur. Quo discedente dum ille socium vocans pulsaret vt surgeret: quatenus de questu bonum sibi conuulsum prepararent: qui se prius mortuum fingit vere defunctus apparuit. Tunc socius post episcopum curatorem casum ei nunciavit: et de commissio pen-

tentiam egit. Sanctus autem cum defunctum suscitare potuisset noluit: ne tali occasione ministri domini facile deludantur. Sapientia et doctrine suauis eloquio admodum claruit. Aduersus omnes hereses libros composuit. Atq; multa opuscula: que vt Hieronymus dicit ab eruditioribus propter res a simplicioribus propter verba leguntur. Dec Hieronymus de viris illustribus. Qui etiam in pace spiritum bona tradidit senectute. iij. idus maij.

De sancto Dionysio confesore. Cap. clviij.



**Dionysius confessor**

Dionysius pater fuit sancti Pancratij martyris: de quo superius dictum est. Qui a beato Cornelio papa sacrificantis vnda perfusus: eodem die quo et nepos pancratius passus est anno scilicet eius martyrius precedente in christi nominis sancta confessio ne feliciter obdormiuit: vt ad in martylogio insinuare videt: videlicet. iij. idus maij.

De festiuitate sancte marie ad martyres Cap. clvii.



**Festiuitas sancte**

Mariæ ad martyres a Bonifacio papa quarto instituta est propter templi Pantheon Romæ dedicationem. Romani enim cum toto orbi dominarentur: non solum omnium prouinciarum simulachra in vrbem habebant: quin portus fere singulis dijs templa singula construxerant: tanq; qui eos ciuitatrum prouinciarum victores et dominos effecerant. Sed quia omnia idola templum sibi habere non poterant ad maiorem sue gentilitatis vetane ostentationem vnum templum cereris mirabiliter et sublimius in honorem omnium deorum exererunt: et Pantheon: quod sonat omnes diuocauerunt a pan: quod est omne: et theos deus. Pontifices enim idolorum ad maiorem populis deceptione finerunt: q; sibi a cybele quam omnium deorum matrem vocabant fuerat imperatum: vt si de omnibus gentibus vellent victoriam obtinere sibi et filijs suis scilicet dijs omnibus templum magnificum fabricarent. Fundamentum ergo ipse templi sphericum factum: vt ex ipsa forma deorum eternitas demonstraretur. Dentq; et pinam eneam deauratam fabricarunt et eam in summitate collocarunt. In qua vt aiunt oes puencie mirabiliter erant sculpte. Nec autem procedente tpe inde cecidit: vnde in summitate aperta remansit. Tempore igitur phoce imperatoris: cum iam dudum roma fidem dñi percepisset. Bonifacius papa quartus predictum templum a phoca cesare impetrauit: et omnium idolorum eliminata spurcicia: ipsum

De sanctis in mēse maij occurrētibus Folio. cxij.

in honorem beate Marie virginis et omnium martyrum consecrauit tertio idus maij: locum quoq; ipsum sancte marie ad martyres appella- uit qui modo sancta maria rotunda vocatur a populo. Nondum enim confessorum solennia ab ecclesia agebantur. Sicq; in vrbe roma ipm diem in honore omnium martyrum celebrari in ipsa ecclesia ordinauit. Et sic templum quod fa- bricatum fuerat omnibus idolis: tūc dedicatiū esset oibus scriis: vt exclusa multitudīne demo- num celebraret multitudo scōrū. Sic quoq; ex tunc rome in ipso loco festum illud vsq; hodie celebratur tertio idus maij.

De sancto Bonifacio papa primo et confessore. Cap. clx.



**B**onifacius eius papa hu- ius nominis pri- mus 303imo pa- pe in episcopa- tu romano suc- cessit. Et sedit annos tres; mē- ses octo: dies vndeicis. Hic na- tione romanus ex patre iocū- do presbytero vrbis: sub con-

rentione eius eulatio ordinat vno die. Eulalius quippe ordinatur in basilica constantiniana. Bonifacius autem in basilica iulij. Et fuit ma- gna dissentio in clero. Audies hoc placida au- gusta cum filio suo valentiniano imperatore dū sederēt rauenne rettulit hoc honore angusto mediolani residentī. Tunc ambo augusti missa auctoritate pcepērūt: vt ambo ex- rēt de ciuita- te. Qui cum pulsi exissent tandem vtriq; augu- sti bonifacium ad vrbeū reuocauerunt et eum pontificem constituerunt. **D**ic constituit: vt nulla mulier aut monacha vasa sacrata vel pal- lam altaris contingeret: aut lanaret: nec in ec- clesia incensum poneret. Erv seruus aut curie obnoxius nō fletet clericus. Hic fecit oratorij in cimiterij sancte felicitatis: et ornavit sepul- chrum eius. Hic autem beatissimus paternā pietate clericos aluit: pauperes fouit: cunctos honoras: fuit mitissimus in diebus suis super oēs homines et misericors: vsq; ab oibus amaba- tur. Et sepultus iacet in ecclesia sancti petri.

De sancto bonifacio papa quarto. Cap. clxi.



**B**onifacius papa hu- ius nominis quartus natione franco: ex patre iohāne me- dico bonifacio pape tertio im- mediate in episcopatu roma- no successit: et sedit annos se-

ptē: mēses octo: dies viginti duos. Hic obtinuit ab augusto phoca imperatore: vt ecclesia bea- ti petri apostoli caput esset omnīū ecclesiarum:

quia constantinopolitana caput omnīū se scri- bebat. Hic etiam obtinuit dari ecclesie templū quod ab antiquis in vrbe pantheon vocabatur: vt supra dictum est. Quod ipse ablatiis idola- trie foridibus consecrauit in honorem dei gen- tricis Marie et omnīū martyrum christi. Eiusq; die consecrationis solennitatem in vrbe consti- tuit celebrandas. Aliasq; multa laudabilia ope- ra fecit. Et hic sepultus est ad sanctum petrum apostolū. Et cessauit episcopatus mēses septē et dies viginquing.

De sancto Seruatio episcopo et confessore. Cap. clxij.



**S**eruatus episcopus traie- ctensis tēporibus Hieronymi et Am- brosiū doctorum claruit. Hic propinquus saluatori dñi car- nem exiit: fuit enim filius Emī filij eius fratris eliza- beth et filij Mesmerie sororis sancte Anne matris domine

nostrē: vt sic eius et Elizabeth mater baptiste beate virginis fuerunt consobrini secundo vi- delicet consanguinitatis gradu. Emī nō pa- ter Seruati ex vna parte: et christus ex altera filij cōsobrinarū exiterūt tertio gradu. Sicq; si christus filium habuisset cum Seruatio: fuis- sent quarto gradu ex consobrini nepotes. Mater vero sancti Seruati vxor: emī vocata est Demilia. Natusq; est in oppido phestia ad austrum Armente terra hebreorum in re- ione presidis: quo decem tribus israel translate fue- rant. Qui adhuc existens infantulus loca sacra hierosolymis visitauit: et in sanctis perseue- rans operibus ad presbyteratus ordinē ascen- dit: deinde ab angelo monitus abiit ad occanti- am ciuitatem galliarum sitam in littoze oceanī ad predicandum verbum domini eodem ange- lo sibi duce: ad quem locum deueniens repper- rit septuaginta duas congregationes inuicem dissidentes: que segregatim conuenerant pro- episcopo ipsius vrbi eligēdo: cuius sedes per septennium vacauerat post obitum episcop val- entini: que ad extrema deueniens diuino spi- ritu eius mandauerat neminem eligendus: nisi diuina reuelatione cōmunis omnīū electio ali- quem nominasset. Hec autē Seruatus audis- ens: dñm pro eorum concordia ante altare des- um orans procumberet: angelus eiusdem appa-rens baculum sancto pasto:alem tradidit: et sic repente in ipsum omnis populus conuenit. Sa- ctus ergo episcopus tāte gratie fuit: vt patriā lingua predicans ab omn. bus nationibus suo idiomate verba eius perciperentur: multorum q; miraculo:ū gloria claruit. Nam cibo:ū eius reliquias egri quicunq; gustantes: aut pedes